

Wa
264



D. A.
DISSERTATIO IV.
De
NUMMIS
SEREN. SAXONIÆ
DUCUM,

qva
ORATIONEM VALEDICTORIAM
de

CINGARIS

In Scholâ Altenburgensi

VIII. Id. Octobr. A. C. cl^o l^o LXXIX.

ex promptâ memoria habendam

intimat

M. PAULUS MART. SAGITTARIUS,
Rector.

Altenburgi, Literis Richterianis.



D. A.
DISSERTATIO IV.

De

M U M I S

SERENISSIMAE SAXONIAE

DUCE

De

OPATIONEM MEDICINAM

GENEVAE

MDCCCLXXXIII

PAULUS MULLERUS

PAULUS MULLERUS





L. C.

S.



Vos tertia dissertatio non potuit capere grossos, præfens capiat a temporibus MAURITII, Electoris Saxoniae, initium factura, si duorum Grossorum mentionem prius iniecerit. Primus à JOHANNE Electore & GEORGIO ante infelicem de re nummaria contentionem conflatus eâ, quæ scutum Electorale, parte refert verba: JOHAN. ELECTOR. ET. GEOR. FIE. FE. quæ vero parmula Ducatus Saxonici videtur: GROSSVS NOVVS DVCVM SAX. Ejusdem generis & alii circum feruntur cum priori per omnia consentientes, nisi quod unus pro FE. habeat F. & pro SAX. SAXO. alter loco FIE. FE. posuerit F. F. Secundus cum penultimo Grossorum in tertiâ dissertatione memoratorum quoad insignia quidem convenit, non item, si verba aspicias; Nam antica illius facies hæc ostendit verba: JOHAN. FRI. ELECT. DVX. SAXO. FIER. FE. & postica: GEORGIVS. DVX SAXO. FIERI. FE.

A 2

1534.

1534. Grossis hisce recensitis, quos **CENSUALES** (Zins-
Groschen) fuisse appellatos fidem facit edictum Johan-
nis Friderici, Mauritii & Johannis Ernesti de non cuden-
dis Grossis censualibus Torgaviæ die Michaelis promul-
gatum, sequenti tamen anno die Kiliani iterum antiqua-
tum, propono Grossum à Mauritio, Henrici Pii filio, Jo-
hannis Friderici in dignitate Electorali successore, signa-
tum, in cujus uno latere gladii in decussim trajecti cum
verbis: **MAURICI. D. G. DVX. SAX. SA. Ro. IMP.**
& in altero ruta, nec non Leo Misnicus, quibus impositi
numeri 1552. In margine hæc leguntur: **ARCHIMAR-
SCHAL. ET. ELECTOR.**

Post Mauritium in acerrimo prope Siverhusam
prælio 11. Jul. A. 1553. pura morte occumbentem Frater
superstes, Augustus rem monetariam pro suo in Rem-
publ. amore strenuè jovit, formatis probè monetæ num-
mis, quibus non in Germaniâ solum, sed exteris quoque
regionibus famam sibi paravit nunquam intermoritu-
ram; Non enim ignorabat sapientissimus Princeps, bo-
nâ monetâ post legum conservationem in Republ. nihil
esse utilius. Grossi autem, quos suo nomine Freibergæ
& ab A. 1556. Dresdæ prodire voluit, triplicis sunt figuræ.
Qui ab anno 1553. usque ad 1572. habentur fabricati, eadem
gaudent figurâ, sive insignia spectes, sive verba; Unum
liquidè latus exhibet parmulam ducalem, A. 53. in galea &
in peripheriâ verba sequentia: **AVGVSTVS D. G. DVX**
SAX.

SAX. (in Grossis A. 1565. & 1569. cufis reperitur SA.) SAC.
 RO. Alterum verò infigne Electoralis axiomatis, in cu-
 jus tæniis HB & verba: IMP. ARCHIMARSC. ET.
 ELECT. Qvoad denominationem, à nostratibus salu-
 tantur *Muth-Groschen*/qvod sartores novitii opificium
 professuri singulis anni qvadrantibus ejusmodi Grossum
 solvere teneantur. Alios à præmissis Grossos idem A.
 1572. & 1573. conflari curavit offerentes in parte anteriori
 rutam & Leonem juxta positum, supra pomum Imperia-
 le cum n. 72. infra HB. & in circumferentia: AVGV-
 STVS. D. G. DVX. SAX. SA. RO. Ast in posteriori scutum
 Electorale cum verbis: IMP. ARCHIMARSC. ET. ELEC.
 Tertiæ figuræ Grossi A. 1574. 75. 76. 77. 83. conflati paulo
 sunt latiores, cum antecedentib9 qvoad situm insignium
 congruentes, sed qvâ annos & verba discrepantes; Ex
 una siqvadem parte seqvens deprehenditur inscriptio:
 AVGVST. D. G. DVX. SAX. SA. ROM. (A. 1583. RO-
 MANI.) in alterâ hæc: IMP. ARCHIMARSC. ET. ELECTOR.

Num Augusti filius, Christianus I. Grossos cuden-
 dos curaverit, me adhuc fugit. Hujus autem filios Chri-
 stianum II. Johannem Georgium & Augustum sub lau-
 datissimâ Agnati Friderici Wilhelmi tutela Grossos signa-
 ri voluisse, nullū mihi relinqvitur dubium, cum viderim
 Grossos A. 1593. 94. 98. fabricatos cum Augusteis poste-
 rioribus qvoad insignia concordantes. Prima facies
 præse fert hæc verba: CHRISTIAN. JOH. GEORG.
 ET. AVGVSTVS. altera: FRATRES. ET. DVCES. SAXON.

Grossus A. 1601. percussus quasdam literas omisit; Ita enim leguntur: GEOR. AVGVST. SAXON. Iidem tutela exeuntes Grossos conflagarunt, in quorū latere priori scutum Electoratus cum tæniis & in ambitu hæc verba: CHRISTIAN. II. D. G. EL. JOH. GE. in posteriori pomum Imperiale, juxta quod 1610. infra ruta & Leo cum HR. in circumferentia: ET. AVGVST. FRAT. ET. DU. S.

Christiano II, 23 Jun. A. 1611. morte repentina extincto Johannis Georgii I. auspiciis multi Grossi fuere signati pari figura & antiquitate, si exceperis cupreos A. 1620. 21. 22. formatos, quibus peculiarem dissertationem, Deo annuente, destinabo. Primus in latere uno exhibet gladios & rutam cum hac epigraphe: JOHAN. GEORG. D. G. DVX. SAX. JVL. CL. ET. M. in altero pomum Imperiale, post Leonem & octo sceptrā liliata, Ducatus Cliviæ insigne, infra Leonem & in margine SA. ROMANI. IMP. ARCHIM. ET. EL: 1614. Alter A. 1616. percussus literas ita in utroque latere collocavit: JOH. GEORG. D. G. DVX. SAX. JV. CL. E. M. SA. RO. IMP. ARCHIMAR. E. EL. Qui ab A. 1623. ad 1656. ex officinis monetariis prodierunt, cum priori sunt conformes, nisi quod insigne Ducatus Clivensis primum occupet locū & voces mutatae adjectis quibusdam literis vel ademptis. Nam pro CL. extat A. 1626. C. & A. 1633. 34. CLIV. Loco M. A. 1635. videtur MO. 1641. 42. MON. & 1643. MONT. Pro ROMANI. A. 1626. reperitur ROM. vice ARCHIM. A. 1628. 29. 30. 32. ponitur ARCHI-

ARCHIMAR. pro EL. A. 1631. ELE. A. 1633. 34. ELEC. 1637. 38. 39.
ELECT. & A. 1635. ELECTOR. In nominibus moneta-
riorum differentiam quoque deprehendere licet. Grossi
namque A. 1614. & seqv. percussi habent H. I. A. 1635. C.
M. 1637. S. D. & 1641. C. R.

Patrem secutus est filius virtutum & dignitatis E-
lectoralis hæres dignissimus Johannes Georgius II. in cu-
jus Grossis A. 1659. 60. 61. 62. & 1665. cufis ab una parte con-
spicitur pomum Imperiale, in cuius medio 24. ad latera
1659. C. R. & in ambitu: OBER SAXSISCH. KREISSES.
GROSCH. (1665. SAX. KREISS.) ab altera verò gladii &
ruta cum verbis: D. G. JOH. GEORG. II. DUX. SAX. J. C.
E. M. ELECT. In reliquis Grossis nulla Circuli superioris
Saxonici fit mentio, utpote alia & sequenti inscriptione
conspicuis: JOHAN. GEORG. II. D. G. DUX. SAX.
J. C. ET. M. [1674. MONT.] SAC. ROM. IMP. ARCHIM.
ET. ELECT.

Relicta linea Albertinâ ad Ernestinam progre-
dior & quidem ad Joh. Fridericum II. Joh. Friderici
Electoris filium natu majorem, qui sequentem nobis de-
dit Grossum. Una pars monstrat scutum Ducatus Sa-
xonici cum galea & verbis: MO: NO: D. G. JOHAN:
FRID: SECUN: D. altera parmulam Marchionû Mis-
niæ cum capite Judæi pileato cincta hisce verbis. SAX.
LANG. THVR. ET. MARCH. M. Paria fecerunt filii
Johannes Casimirus & Johannes Ernestus, ut ex sequen-
ti Grosso cognosces. Primum illius latus ostendit Ange-
lum

lum rutam Saxoniam tenentem & epigraphen: D. G. JOHAN. CAS. ET. JOHAN. ERN. FR. alterum pomum Imperiale, infra insigne Clivense, Leonem Misn. & sub hoc Thuringicum cum titulo: DUC. SAX. JUL. CLIV. ET. MONT.

Johanne Casimiro 16. Jul. A. 1633. vitâ functo alter fratrum Johannes Ernestus Grossos fieri fecit, in quorum uno ruta Saxonica & hæc inscriptio: D. G. JOHANN. ERNST. DVX. SAX. JUL. CLI. ET. MON. (in alio MONT.) pomum item Imperiale, scutum continens sceptraliliata ac tres leones, ad latus literas EFS & verba: LAN. THVR. MAR. MIS. COM. MAR. ET. RA. D. IN RA. 1636. Alter iisdem insignibus insigne uno in latere hæc verba objicit Lectori: D. G. JOHANN. ERNST. D. SAX. JUL. CLI. ET. MO. (A. 1637. JV. CL. ET. MON.) & in altero: **GOETZ BESEER** (1637. Besere) **DIE ZEIT UND ZEIT. 1636.**

Succedat alter filiorum Johannis Friderici Electoris Johannes Wilhelmus ejusque filii Fridericus Wilhelmus & Johannes, qui ut sanguine, ita animo conjunctissimi Grossum confici voluerunt in parte anteriori continentem scutum duobus leonibus, ruta, Aquila & trabis repletum, ut & verba: D. G. FRID. WIL. E. JOHAN. F. DV. SAX. in posteriori pomum Imperiale n. 12. notatum, ad cujus latus 1592, & insignia literis distincta: LANT. (Galli-

(Gallina) TV. E. MARCH. (A. 1593. THV. MARC.) A-
quila MISN. Quantum ad filios Friderici Wilhelmi Jo-
hannem Philippum, Fridericum, Johannem Wilhel-
mum, suam quoque in Grossis conflandis navarunt o-
peram; Name eorum voluntate A. 1622. 1623. confecti
Grossi, quorum uni lateri impressa Ruta Saxonica &
hæc verba: MON. FRATR. DVC. SAX. LIN. AL-
TEN. (alii ALT.) D. W. alteri pomum imperiale, juxta
hoc 1622. & voces: NACH. ALTEN. [1623. DEM.
ALT.) SCHROT. V. KORN. Nec segniore fuere su-
perstites Johannes Philippus & Fridericus Wilhelmus,
quorum Curæ sequentem debemus Grossum. Prima
facies offert parmulam ruta, duobus leonibus, & aquila
illustrem, nec non orbem his plenum verbis: MO. FRA.
DVC. SAX. JV. C. E. M. LI. ALDEB. 1637. Altera po-
mum Imperii cum 24. & literis MR: in ambitu vero:
NACH DEM-ALTEN SCHR. V. KORN. Quid dicam de o-
ptimo Principum Friderico Wilhelmo II, qui laudandis
Fratrum vestigiis insistens usui subditorum grossos de-
stinavit? Uni eorum insculpta ruta, pone hanc G. H. &
verba: D. G. FRIDERICH. WILHELM. D. SAX. JUL. CL. ET
M. Sic & pomum Imperiale, in cujus medio 24. à latere
utroque; 1644. in marg. LANTG. THUR. MAR. MIS. COM.
MAR. ET RAV. D. I. R.

Restant Johannis filii et nepotes. Illorum institu-
to vendicamus Grossos, quos A. 1622. 1623. & 1624. pro-
didere.

B

didere.

didere. Primo lateri inest scutum rutam, sceptris liliatis
& leonem ostendens, (prope hoc A. 1624. G. H.) & ver-
ba: MON. FRAT. DVC. SAX. LIN. VIN. (1624. VI-
NA) alterius figura est talismodi: Circa pomum Impe-
rii n. 24, signatum leguntur verba: NACH. DEM. ALTEN.
SCHROT. VND KORN. Nec prætereundus ille, quem Ao.
1637, fieri voluerunt ejusdem cum præcedente quoad u-
num latus effigiei, sed qua alterum diversæ. Rutæ e-
nim, sceptris liliatis & leoni addita est aquila, loco G. A.
apparent literæ D. W. & inscriptio his concepta est ver-
bis: MON. FRATR. DVC. SAX. LIN. VINARI. 1637 (in qui-
busdam LINI. VINARIE.) Huc refero Grossum Wilhelmi
IV, autoritate cusum, in cujus parte antica videtur pomū
Imperiale cum 24, & verbis: D. G. WILHELMUS DVX,
SAX. J. CL. ET M. postica verò Ducum Saxonix insigne,
corona & ramusculis quibusdam ornatum, & ad latus
illius 1660. Idem alium dedit Grossum pluribus literis
gravem: D. G. WILHELMUS DVX. JVL. CLIV. ET MONT.
Nepotes Johannis ex Wilhelmo sisto Johannem Er-
nestum, & ex Ernesto Pio Ser. Fridericum, Patrem Pa-
triæ indulgentissimum. Illius Grossi A. 1675, 76, 77, &
78, percussi pomum Imperiale cum numero consveto &
literis: J. C. D. C. A. 1678. G. F. S.) videndum præ-
bent, nec non epigraphen: D. G. JOH. ERNEST, DUX,
SAX. J. CL. ET. M. Porro insigne Familiæ Saxonix co-
rona tectum, juxta hoc. 1675. & in margine Symbolum:
PRU-

PRUDENTER ET CONSTANTER. Hujus vero au-
spiciis duos diversa figurâ insignitos nostris manibus teri-
mus. In uno unius latere conspicimus Rutam, super-
ne pileum Ducalem & utrinq̄ve palmæ ramos; in altero
autem & quidem illius medio. *Sürstl. S. Gotha Alten-
burg und Goburger Land-Münze* 16 (24) 77. Prior alteriq̄
facies habet literam F ducali pileo palmæq̄ve ramis undi-
quaq̄ve cinctam & hæc in circumferentia verba, quibus
Ser: Princeps Symboli loco ubitur: PER ASPERA AD
ASTRA. Posterior vero scutum rutam referens, quod
in quibusdam à latere sinistro manutinetur, & numeris
1678. cingitur In peripheria sequentia observabit: F. S.
GOTHA. ALTENB. U. COB. L. M. G. F. S.

Tantum de Grossis. Exequiales & memoriales alio,
si Deo visum, tempore sum daturus. L. B. Nondum
scribendi ad est finis. Adhuc enim L. B. tibi indicandum
dixi, quod juvenis ingenuæ spei summæq̄; expectatio-
nis SALOMON AUGUSTUS Clauder, Viri quondam Nobilis-
simi, Amplissimi Excellentissimi atq̄ve Experientissimi
Dn. JOSEPHI CLAUDERI, Medicinæ Doctoris fami-
geratissimi, Archiatri Ducalis Saxonici felicissimi ^{viv} ^{iv}
^{ayl} filius natu minor & nepos JOSEPHI CLAUDE-
RI, Viri de Scholâ Ecclesiæq̄ve nostrâ meritisimi, Ora-
tiunculam invektivam contra Cingaros privato studio
Composuerit, & compositam meæ emendationi sub-
miserit non alium in finem, quàm ut in celeberrimam sa-
lanam

lanam à nobis discessurus memorabili abiret digressu su-
isqve Patronis ac Fautoribus, quantum in Studio elo-
quentiæ valeat, ostenderet; Vix autem ostendet, nisi
VOS, Musagetæ benevoli, in locum declamatiunculis
Scholasticis destinatum conflueritis. Ut confluatis, pii
parentis Aviqve manes VOS rogitant, humanitas Nobi-
lissimi Patru Evergetæ nostri honoratissimi VOS invi-
tat, præclara Familiæ Clauderianæ de Vobis merita
VOS obsecrant & modestia Juvenis declamantis VOS
exorat. Adeste proinde hora II. pomeridiana diei crasti-
ni, & Clauderum nostrum, quem aliquoties hoc
in anno faventer audivistis, vestra illa solita bene-
volentia complectimini. Pari adfectus genere pro-
sequimini Clauderi commilitones carmina propem-
tica paraturos; & quidem Ebraicum recitabit FRIDERI-
cus Schmidt / Altenb. Græcum Joh. Fridericus Bieweg.
Alt. Heroicum Latinum Elias Kretzsmar Alt. Elegiacum
Jacobus Gresser / Schmöllensis, Germanicum Frideri.
Christoph. Spieß / Islebiæ - Saxo, Gallicum Joh. Frid.
Freisleben / Orlamunda - Thuring. & Italicum Gotho-
fredus Hunger / Rochlicensis. Valete & precibus nostris
facilem date locum. Alteburgi Non. Octob.

A. C. M. DC. LXXIX.





1534. Grossis h
 Groschen) fui
 nis Friderici, M
 dis Grossis cer
 gatum, sequer
 tum, proponc
 hannis Frideric
 tum, in cujus u
 verbis: MA
 & in altero rut
 numeri 1552. In
 SCHAL. ET.
 Post Ma
 praelio 11. Jul.
 superstes, Aug
 publ. amore stre
 mis, quibus non
 regionibus fam
 ram; Non eni
 nâ monetâ post
 esse utilius. G
 & ab A. 1556. Dre
 Qui ab Anno 1553
 gaudent figurâ,
 siquidē latus exh
 in peripheriâ ver

ALES (Zinß
 ctum Johan
 e non cuden
 aelis promul
 rum antiqva
 ci Pii filio, Jo
 cfflore, signa
 trajecti cum
 A. Ro. IMP.
 bus impositi
 CHIMAR-
 Siverhusam
 ntem Frater
 io in Rem
 onetae num
 ris quoqve
 termoritu
 iniceps, bo
 epubl. nihil
 Freibergæ
 ant figuræ.
 ati, eadem
 ; Unum
 in galea &
 D. G. DVX
 SAX.

